



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Incipit Prologvs In Librvm sextum & vltimum Thoromachi concordans quo
ad gesta cum lib q[uar]to.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)



COLLECTIO
HISTORICA CHRO-
NOGRAPHICA

ex
THOROMACHO

& aliis

Collectore Gallo quodam qui Carolo Magno
compar.

* INCIPIT PROLOGVS IN LIBRVM
sextum & vltimum Thoromachi concordans
quo ad gesta cum lib. q̄to.*

Hic titulus in
m. f. maiore
non est, sed t̄a-
tum: INCIPIT
PROLOGVS.
† Interpretor:
CVM LIBRO
QVARTO.
a alijsio.



*Um ad liquidum a iussu verbi proprietatem non ha-
beo quod proferam, nisi praestitum ab altissimo fuerit:
& dum quero implere sententiam longo ambitu, vix
breuis via spatium consumo vernaculum linguae hu-
ius verbi interpretator absurde resonat. Si ob necessitatem aliquid
in ordine sermonum mutauero, ab interpretis videor officio reces-
sisse. Itaq; Beati Hieronymi, Idacii, & cuiusdam sapientis seu
Isidori, imoq; & Gregorii chronicas à mundi origine diligentissime
percurrrens, vsq; decedente regno Guntramni, his quinq; Chronicis*

Vnum 3

hunc

huius libelli, nec plurima prætermissa sigillatim congruentia stilo inserui, quod illi solertissime absq̃ reprehensione condiderunt. Cum hæc ita se habeant, necessarium duxi, veritatem diligentius insequi, & obitum in prioribus his chronicis quasi quandam c futuro opere omnium mihi rerum & tempora prænotavi. In presenti autem stilo ea tempora ponens & singularum gentium curiosissimo ordine quæ gesserant, & coaptavi, quod prudentissimi viri, quos supra meminimus cuius chronicis verbo huius nominis Græco, quod in Latinum interpretatur gesta temporum, severissime dictantes condiderunt, velut purissimus fons largiter fluentia manantes. Optaueram & ego ut mihi & subcumberet talia dicendi facundia, ut vel paululum esse instar. Sed & charius auditur, ubi non est certa perennitas; atq̃ mundus iam senescit, ideoq̃ prudentiæ augmentum nobis tepescit; nec quisquam potest huius temporis, nec præsumit oratoribus præcedentibus esse similis. Ego tamen ut rusticitas & extremas sensus mei valuis, studiosissime de hisdem libris, breuitate quantum plus potui optare, præsumpsi. Nec quisquam dubitet, vniuscuiusque libri nomen redeat ad auctorem: cuncta reperiet subsistere veritate. Transacta namq̃ Gregorij libri volumine temporum gesta, quæ vndiq̃ scripta potui reperire, & mihi postea fuerunt agnita, acta regum & bella gentium quæ gesserunt, legendo simul & audiendo etiam & videndo cuncta quæ certificatus cognoui, in huius libelli volumine scribere non silui: sed curiosissime, quantum potui inserere studui, de eodem incipiens tempore scribendum, quo Gregorij finis gestaq̃ cessant & tacent. Cum Chilperici i vita finisset scripsit.

b. al. obedien-
dum forte: ob
id dum.
e. al. future o-
pere
d al. captavi.
e al. huius. le-
go: his.

f fort. succur-
reret talis,
g al. carus au-
ritus

h. al. strenui-
tas fort. tenui-
tas.

i al. vita finis:
sit scripti. fort.
scripti.